

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 1602

**Autre(s) référence(s) :** Fauroux 158 / Tabuteau 226 / ARTEM 2702

**Auteur(s) :** Estigandus, père du sénéchal Eudes [autre]

**Bénéficiaire(s) :** Rouen, Saint-Ouen (abbaye)

**Genre d'acte :** notice

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1063, 29 juin

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Guillaume le Bâtard, Mathilde et Robert Courte-Heuse, approuvent et souscrivent la notice selon laquelle Estigandus — en mémoire de son fils le sénéchal Eude — donne à l'abbaye de Saint-Ouen l'église Sainte-Marie de Montaure, ses biens à Criquebeuf-sur-Seine ; à Rouen l'église Saint-Étienne [des Tonneliers] et ses dépendances, trois maisons sises rue de la Poterie, sur la Seine, et une terre à Limésy.

La notice rappelle les donations faites à Saint-Ouen par Estigandus le Vieux, avec le consentement de Richard II : les Autels [Saint-Bazile] sur la Monne et ses biens à Maisnil Lieterii.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Rouen, Archives départementales de Seine-Maritime, 14 H 774 (2).

### Éditions principales

a. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissey, 1862, t. 1, p. 562.

b. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n°158, p. 343-344.

Texte établi d'après b

AB INCARNATIONE DOMINI NOSTRI JHESU CHRISTI ANNO .M.L.X.III, RESIDENTE ALEXANDRO PAPA ROMANO, REGNANTE PHILIPPO REGE Francorum, Maurilio archiepiscopo Rotomagensi, Guilielmo duce Normannorum, Nicholao abbatte in monasterio Sancti PETRI apostoli et Sancti AUDIOENI confessoris Rotomagi, migravit unus dapifer Guillelmi ducis Normannorum, nomine [O]do, de hoc seculo. Is adolescens ætatis habebat .XX.ti.VI. annos et .VI. menses et dies .XX.ti I. Et adhuc illo tempore vivebat [Es]tigandus suus pater, qui valde illum amabat, dum ipse viveret, et plus eum amavit post finem. Per Deum et per consilium suorum hominum et suorum amicorum, pro sua anima et sui patris et suæ matris et sui filii quem tamtum amavit, donavit monasterio Sancti PETRI apostoli et Sancti AUDIOENI confessoris in Rotomago ista dona, quæ sunt deinceps scripta et propterea quod suus pater et sua mater ibi erant sepulti, fecit ibi poni suum karissimum filium, et ipsem vult ibidem sepultum iri ; et in die festi sancti PETRI et sancti PAULI apostolorum donavit ipse ista dona, per consensum Guillelmi comitis, domini sui et Mathildis uxoris ejus, et Rodberti eorum filii, quem elegerant ad gubernandum regnum post suum obitum. Teste Maurilio archiepiscopo Rotomagensi, qui fuit ad dona, et Hugone potifero, et Bernardo foristario, et Ascelino de Cleides, et Estigando de Limesio, et Gotberto, et abbate Nicholao et

suis monachis et multis aliis hominibus qui ibi fuerunt. Hæc sunt dona : æcclesiæ Sanctæ MARIE de Monte Aureo a supradicto Estigando data, in terra de Crichebof desuper Sequanam, quod ille habet cum aqua, et in Rotomago, æcclesia Sancti Stephani cum hoc quod pertinet ad æcclesiam, et in Rotomago tres domus in via ubi manent figuli super Sequanam, et terram Torchetyl de Limesio. Quando ipse donavit hæc dona, donavit per talem tenorem quod hæc forent in dominio ipsius loci, et quod nullus abbas, nec ullus homo qui umquam sit det ulli homini, et si fecerit, veniet heres Estigandi qui hæc dona donat et recipiet ad tale servitium ad quale voluerit alteri dare sine contradicto ; et Estigandus [ve]tus, in tempore Ricardi comitis per suum concessum, misit ad eundem locum Altaria quæ sunt in Alge super aquam Lemone et quicquid ipse habet el Maisnil Lieterii. + Signum Guillelmi comitis. + S. Mathildis comitissæ. + S. Rodberti filii eorum + S. Maurilii archiepiscopi. + S. Nicholai abbatis. + S. Estigandi cuius est donatio. + S. Hugonis potiferi. + S. Bernardi forestarii. + S. Ascelini de Cleides. + S. Estigandi de Limesio. + S. Gotberti clerici.